



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

114. An consuetudine saltem induci possit, ut quis simul habeat vel retineat talia duo simplicia residentiam requirentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

37. citans Abb in c. quia nonnulli n. 4. de clericis non resid. Gamb. Diaz. Flores de Mena & c. contra Rebuff. in pr. sic. de dispensatione aratis. v. quoad vixerit. n. 12. Zerol. in pr. Ep. p. 1. v. beneficium. §. 3. & c. tenentes satis esse, si intra mensem dimitatur propter verba cit. Extravag. parimodo. nimirum quo prius locuta fuerat de beneficiis ante ipsam obtentis.

**Questio 114.** An consuetudine saltem induci possit, ut quis simul habeat & retineat talia duo simplicia residentiam requirentia?

**R**espondeo: quamdiu consuetudine abrogata non est necessitas residendi, manifeste patet, nullam consuetudinem induci posse, ut duo, dum pergunt requirere residentiam, habeantur simul. De cetero consuetudinem, quam ante Trid. receptum erat in pluribus locis, ut Canonici à suis Ecclesiis abessent, ac proinde unus idemque duos Canoniceatus simul in diversis Ecclesiis obtineret, Trid. penitus abrogavit: quin &, quod iura istiusmodi consuetudinem appellent corruptelam, ait Azor. p. 2. l. 6. c. 13. q. 2. §. quæret aliquis. Quin tamen, ubi unus residendi non est ex lege divina, aut naturali, nec consuetudo abrogans residentiam damnatur à lege tanquam iniqua & irrationabilis (qualiter saltem à Trid. in beneficiis omnino simplicibus, quæ canonicatus non sunt, ea damnari non videtur) nil verat, quod minus talis consuetudo, etiam simpliciter abrogata nasceretur de novo, & sic sublata necessitate residendi, istiusmodi simplicia plura simul haberi possint per consuetudinem, Pirh. de prob. n. 142. Unde multo magis consuetudo talis, ubi ea hucusque in locis, ubi Trid. receptum non est, vigeret, tolerari poterit.

**Questio 115.** Num quis dispensatus à Papa sine causa in residentia, quam exigunt istiusmodi simplicia, tutus esse possit in conscientia: & num Papa ad libitum suæ voluntatis talia plura uni sive in eadem, sive in diversis Ecclesiis conferre possit?

**R**espondeo affirmative ad utrumque; Hurtad. de resid. ex vi benef. resol. 6. subresol. 12. n. 1. & 2. cum enim istis simplicibus, uti & Canonicatibus & dignitatibus non curatis residentia solo jure Canonico sit inducta; si Papa aliquem ab hac obligatione residendi absolvat, etsi male agat id faciendo, sine causa, dispensatus tutus erit in conscientia; maxime, si ejus residentia non sit valde necessaria Ecclesie, vel cultui divino, ita ut per alium suppleri nequeat, adeoque etiam supposita hac dispensatione in hac lege humana de residendo, poterit eorum beneficiorum plura pro libitu conferre uni; cum jam etiam Canonicatus, aliaque dignitates non curatae maneant tanquam pure simplicia. Ita ferè Hurtad. loc. cit.

**Questio 116.** An, & qualiter incompatibilitas constituatur ex duplici cura?

**R**espondeo duo curata sunt incompatibilia, seu simul obtineri non possunt in titulum. Laym. ad c. dudum, de Elect. n. 2. & ad c. eam te. de arate & qual. cum communi. Vide eundem Theol. Mor. l. 4. tit. 2. c. 8. assert. 2. & 3. & constat ex c. de multa de prob. & ex Extravag. Execrabilis, aliisque textibus passim, uti & decreto Trid. sess. 7. c. 4. Porro non nisi curata strictè, hoc est, quibus incumbit animarum

P. Leuren. Fori Benef. Tom. III.

cura in foro interno & penitentiali, habere ad se invicem incompatibilitatem, non verò curatum strictè cum alio cura: o minus strictè tali, qualia sunt quæ non nisi curam jurisdictionalem habent pro foro externo seu contentioso; ut Archidiaconatus, Decanatus, tradit Barb. in collect. ad c. de multis. Idem tradit Lott. l. 1. q. 20. à n. 30. ubi: quòd Roia hac in parte mutavit suam sententiam in ipsa eadem causà Conchens. Archipresbyteratus. de die 28. Januar. 1598. de mente S. Congregationis Concilii, ut refert Gonz. gl. 6. n. 64. nimirum, quòd incompatibilitas ex duplici cura, de qua in c. de multa, non intelligatur de cura ista jurisdictionali, sed de ista altera strictius tali, seu fori conscientie; contrarium tenente Pirh. ad cit. de prob. nu. 150. citante Abb. in cit. c. de multa. in additione. n. 24. ac dicente illam Barbofæ expositionem absque solido fundamento nimis restringere cillud de multa. Illud certius, quòd beneficium actu curatum dictam incompatibilitatem non habeat eum alio habitu tantum curato, quale v. g. est Ecclesia Parochialis, ubi Parochiani omnes peste vel bello sublati, vel alia de causà, puta, ob soli sterilitatem, vel inundationem, aeris cœlivi intemperiem recessere absque spe, saltem propinquà, redeundi: potest enim quis talibus duobus curatis simul deservire. Pirh. cit. n. 150. Azor. p. 2. c. 6. q. 10. citans gl. in c. licet Canon. de elect. in 6. sed neque duo curata habent incompatibilitatem, dum unum tenetur per se, alterum accessorie v. g. dum quis dignitatem habet, cui per se imminet cura animarum, ut Archidiaconatus, & cui accessorie simul & per accidens annexa est Ecclesia Parochialis. Pirh. loc. cit. nu. 133. juxta c. de multa; aut Extravag. execrabilis, utpote quibus solum prohibetur habere simul plures dignitates curatas; aut Ecclesias Parochiales; in dicto autem casu non censetur quis habere duo, nec propriè sunt duo curata beneficia, sed reputantur pro uno; cum Ecclesia Parochialis accessorie annexa dignitati, vel etiam prabenda Canonicali dicatur esse suppressa, ita ut dignitas illa, si et aliàs per se cura non incumbit, beneficium simplex censeatur. Pirh. loc. cit. juxta gl. in cit. c. super eo. Quippe Ecclesia talis Parochialis propter unionem seu accessionem illam ad alterum beneficium tanquam principale sortitur naturam & constitutiones hujus beneficii principalis. Pirh. ibid. dum nimirum cura animarum actu, & quoad exercitium est penes Vicarium, quem is, qui dictam dignitatem vel Canonicatum habet, in Ecclesia Parochiali sibi substituere debet, & penes dignitatem illam vel Canonicum, cura illa animarum fori, penitentia, seu Parochialis solum est in habitu; & hinc habens illam dignitatem vel Canonicatum non tenetur per se ipsum residere in parochia illa; cum cura, quæ venit accessorie, & in habitu tantum est penes aliquem, non est attendenda, sed natura tantum & qualitas beneficii principalis; etsi hoc sit minus dignum seu simplex, cui beneficium curatum subjicitur, & accessorie annectitur. Pirh. loc. cit. citans Anchar. in cit. c. super eo. nos ab. 3. Et hinc etiam necessarium non est, ut in impetratione beneficii principalis fiat mentio de beneficio curato vel Parochiali ei annexo accessorie; cum hoc per se non vacet, sed veniat solum accessorie. Unde quoque jam illud inferri posse videtur: dum aliunde non est incompatibilitas, posse hujusmodi duo beneficia simplicia, quorum unicuique accessorie annexa est cura animarum

E a

sen